Contradictione successorum praedicti Coniugis totaliter et pleno Jure devolventur. Et similiter si prius praefatam Gnosam Coniugem quam eius Gnosum Maritum illius mori contigerit extunc praedictus Gnosus Maritus bona omnia haereditaria obligatoria mobilia et immobilia summasq quasvis pecuniarias ac omnes supradictas res morte eiusdem Coniugis devolutas cum omni Jure Dominio et proprietate omnibusq et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus reddditibus emolumentis obventionibus attinentysq et pertinentys generaliter Universis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice ad extremum duntaxat vitae suae tempora utifruetur Post mortem vero praedicti Mariti bona suprascripta omnia morte praedictae Coniugis ipsi devoluta ad successores eiusdem Coniugis absq quovis impedimento et contradictione successorum praedicti Mariti totaliter et pleno Jure devolventur Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Strumiło Gnósam Taranowska Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premysliensibus Gnosus Joannes Strumiło sanus mente et corpore exiens a Terris Dictibus Juribus Jurisdonibusq suis quibusuis propriys et Competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premyslien Jurisdoni quoad actum praesentem attinet

se

se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
65 totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo pa-
lam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse Generosam Mariannam olim Generosi Achacij de Ja-
ranowice Jaranowski Pincernae Terrae Sanocensis
Consortem relictam viduam eiusque posteros de sum-
ma Trium millium floren polon ex summa ori-
ginali Quatuor millium floren polon per olim
Generosum Achacium Jaranowski Pincernam Terrae Sano-
cen Maritum suum sibi Recognoscenti modo simplicis
debiti ad soluendum inscripta et in bonis suis nempe certis
sortibus villarum Plesnowice et Bykow in toto non solu-
tionis summae suprascriptae pro tempore et loco in eadem
Inscriptione debitorea expressis sub danda Intromissione
in bona supradicta coram Actis Officij praesentis assecurata-
que de praefata Inscriptione Debitorea Castren Pre-
mislien quoad summam suprascriptam trium millium flo-
ren polon sese referen per se vero Recognoscen-
tem de manibus suprascriptae Generosae Jaranowska
realiter levatae quietat emittit et liberam pronun-
ciat perpetuo. Inscriptionem praefatam ad sum-
mam eandem Trium millium floren polon sese
tantummodo referen cassat mortificat et anni-
hilat. Recognoscens sibi summae praefatae trium millium
floren polon per mentionatam Generosam Jaranowska realem et
sufficientem factam esse persolutionem. Salua nihilomi-
nus residuitate eiusdem summae nempe mille floren polon
Inscriptionique praefata et bonis in eadem Inscriptione contentis ad sum-
mam eandem restantem mille floren polon sese tan-
tummodo referentem pleno in robore reseruata.

Actum ...
Premysl ... f 2 in Castr...